

1975

/ Admodum R/de Pater, Literas R.V. datas ad initium Martii anni superioris non accepi, nisi ad initium anni praesentis. Michael Crales, de quo R.V. scribit, non falsis testibus aut calumnia obrutus ad triremos damnatus fuit; sed ob crimina gravissima, et manifeste probata. Et mihi quidem dum vir probus videretur, amicus fuit, sed posteaquam detecta est improbitas ejus, neque ipse me convenire ausus est, neque ego illum ad colloquium amplius admissem.

Equidem molestissime fero, quod non possim gratificari viris / illis primariis, qui eum per Reverentiam vestram mihi commendaverunt. Tentavi enim, si ulla spes esset ejus liberationis; sed plane intellexi hoc saltem tempore spem nullam esse. Si aliquando alluxerit spes aliqua hominis hujus adjuvandi, in gratiam virorum illorum piissimorum, qui socios nostros in tribulatione / positos adjuverunt, non omittam occasionem beneficii referendi. Interim me commendo sanctis precibus vestris. Romae die 12 februarii 1618.

R.V.

frater, et servus in Christo

20 Archiv.Vatic.Gesuiti 18 fol.102^V. Brouillon autogr. Au verso:

Con N/ro Signore al p^o concistoro.